laudacio; Audite quod iam nostis, recolite quod au-
distis, amate quod creditis, praedicate quod amatis;
Sicut anniversarium celebratur hanc diem, sic hu-
ic diei debitum expectate sermonem; Natus est
Christus deus patre, homo de matre; De patris in-
mortalitate, de matris virginitate; De
patre sine matre, de matre sine patre; De
patre sine tempore, de matre sine semine;
De patre principium vitae, de matre finis mortis;
De patre ordinans omnem diem, de matre conse-
crans istum diem; Premisit ergo Iohannem,
qui tunc nasceretur cum dies inciperet minui,
et natus est ipse cum dies inciperet crescere,
ut et hoc prefiguraretur quod ait idem Iohannes;
Illum oportet crescere, me autem minui; Debet
enim vita humana in se deficere, in Christo profice-
re, ut qui vivunt iam non sibi vivat, sed ei qui pro
omnibus mortuus est et resurrexit; Et dicat
unusquisque nostrum quod dicit apostolus;

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_216/0070